

Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.

I. Übersetzung

1 forsan - et hoc dubitem - numeris levioribus aptus
2 sim satis, in parvos sufficiamque modos:
3 at si me iubeas domitos Iovis igne Gigantas
4 dicere, conantem debilitabit onus.
5 divitis ingenii est immania Caesaris acta
6 condere, materia ne superetur opus.
7 et tamen ausus eram; sed detrectare videbar,
8 quodque nefas, damno viribus esse tuis.
9 ad leve rursus opus, iuvenilia carmina, veni,
10 et falso movi pectus amore meum.
11 non equidem vellem, sed me mea fata trahebant,
12 inque meas poenas ingeniosus eram.
13 ei mihi quo didici? cur me docuere parentes
14 litteraque est oculos ulla morata meos?
15 haec tibi me invisum lascivia fecit, ob Artes,
16 quas ratus es vetitos sollicitare toros.
17 sed neque me nuptae didicerunt furta magistro,
18 quodque parum novit, nemo docere potest.
19 sic ego delicias et mollia carmina feci,
20 strinxerit ut nomen fabula nulla meum.
21 nec quisquam est adeo media de plebe maritus,
22 ut dubius vitio sit pater ille meo.
23 crede mihi, distant mores a carmine nostri -
24 vita verecunda est, Musa iocosa mea -
25 magnaue pars mendax operum est et ficta meorum:
26 plus sibi permisit compositore suo.
27 nec liber indicium est animi, sed honesta voluntas
28 plurima mulcendis auribus apta feret.
29 Accius esset atrox, conviva Terentius esset,
30 essent pugnaces qui fera bella canunt.

II. Sprachliche Erläuterungen

1. Stellen Sie die Argumente zusammen, mit denen der Autor (wer ist es?) sein angefeindetes dichterisches Werk verteidigt!
2. Erörtern Sie die in unserer Partie angesprochene Problematik Leben / Dichtung an einem anderen, möglichst nahe verwandten Beispiel aus der römischen Literatur!
3. Können Sie die Reihe der Beispiele des letzten Distichons (unter Verwendung lateinischer Begriffe) verlängern?
4. Welche Verse sind (abgesehen vom letzten Fuß) rein daktylisch gebaut?
5. Sammeln Sie sprachlich-stilistische Erscheinungen, durch die sich der vorliegende Text von einer Prosafassung unterscheidet!